



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

I. Bischof Reinhard von Halberstadt genehmigt die Uebertragung des von ihm begründeten Stiftes nach Hammersleben und bestätigt diesem seine großen Theils in der Altmark gelegenen Besitzungen, am 9. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XVI.

Das Jungfrauenkloster Diesdorf und die Propstei Döhre.

I. Bischof Reinhard von Halberstadt genehmigt die Uebertragung des von ihm zu Osterwieck begründeten Stiftes nach Hamersleben und bestätigt diesem seine großen Theils in der Utmarsk gelegenen Besitzungen, am 9. August 1112.

Ego Reinhardus, Halberstadenſis Dei gratia Episcopus. Notum sit Christi fidelibus presentibus et futuris, quod ego Reinhardus, Halberst. Dei gratia Episcopus, divina favente gratia, pro remedio anime mee, in villa, que dicitur Osterwieck regularem Clericorum vitam, que beati Augustini inscribitur, instituerim et Canonicis ibidem Deo famulantibus in sustentationem predia donaverim, sita in comitatu Fritherici Comitis, in villa, que dicitur Ottenleue, videlicet XX et VIII mansos, et dimidium cum mancipiis utriusque Sexus pertinentibus, et duo prata cum tota decima ejusdem ville et in Bickendorf, veniam vnam dimidio manso, et filiam vnam eidem ville adiacentem, cum duobus jugeribus in Comitatu Luidegeri Comitis, in Langelen tres mansos et dimidium. Postea quedam Matrona nomine Thietburgis, religionis habitum professsa, pro salute anime sue et parentum suorum Machdilda filia sua, et ceteris heredibus suis presentibus et consentientibus predia sua beato Stephano in Halberstad sub hac condicione se traditurum promisit, si predictam vitam, quam in Osterwieck inchoaueramus, in villam, que dicitur Hamersleb, transferremus. Cujus salubre votum, vt oportuit, intendentes, nec minus incommoditates forensium causarum, que in Osterwieck prefatam vitam plurimum inquietare poterant, declinare cupientes, accepto fidelium Ecclesie nostre consilio, cum prememorata persona, datis jam suis, vt promiserat, prediis, pacti prefiniti sententiam confirmauimus et Fratres, quos in Osterwieck Deo seruire disposueramus, nunc mutata vivendi regula in Hamersleue transtulimus. Hec autem predia, que predicta Thietburgis S. Stephano in Halberstad cum mancipiis utriusque sexus, agris cultis et incultis, pratis, molendinis, aquis aquarumve decursibus, et cum omnibus utilitatibus, que inde provenire possunt, perpetua stabilitate contradidit, sita sunt in Comitatu Fritherici Comitis, videlicet in villa, que dicitur Hamersleue XX mansi et octo, in Wagerleue XX mansi et vnus, in Wirdesleue XV mansi et dimidius, in Luitechen Hamersleue VI mansi, in Gundinesleue vnus mansus; de hinc Mechtilda, ejusdem religioſe Thietburgis filia, cum consensu et fauore filii

fui Widekindi predia, que mater sua S. Stephano donauerat, in prescripte vite supplementum in Hamersleue suorum prediorum traditione ampliavit. Hec autem predia, que Machtildis S. Stephano cum mancipiis vtriusque sexus, agris cultis et incultis, filuis, pratis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, et cum omnibus vtilitatibus, que inde prouenire possunt, perpetua stabilitate contradidit, sita sunt in comitatu Fritherici Comitis, videlicet in Helinge et Stapelinge et Hellinge et Meintorp XXX et VIII mansi, in Hurfinge XIII mansi, in Bertensleue duo mansi, in Arresleue XIII mansi, in Tadestorf IX mansi, in Rottammersleue vnus mansus, in Wereninge vnus mansus, in Bonestorp duo mansi, in Ballestorp vnus mansus, in Dutemdorp vnus mansus, in Baddenleue VIII mansi et dimidius, in comitatu Henrici Marchionis, in Stenberge vnus mansus et tria jugera, in Glasfinge vnus mansus, in Hillefleue vnus mansus, in Comitatu Gertrudis Comitisse in Aldenesleue XI et duo mansi, in Westersfen duo mansi, in Datheim vna mansio et quinque jugera, et vnum Panstal, in quo coquitur Sal. In curti Humenuel de Bruchdorp per totum, in Thotesbuii VIII mansi, in Warendorp V, in Langebecke V, in Distorp V, in Ristede V, in Elem VII, in Butenstide IV, in Winesbuitli VIII, in Walenkote X, in Ardorp I, in Turnitorp IV, in Schepingen IV, in Gorriffe I, in Annanthorp I, in Diffili IX, Willinestilde per totum, in Hessili duo mansi; Vt ergo pacti nostri cum premissa matrona habiti, firma staret definitio, predia, que fratribus in primo in Oesteruick constitutis, deputaueramus et predia, que predicta Thietburg S. Stephano in Halberstad donauerat, cum prediis a Machtilda, filia ejus Thietburgis, in Canonice vite vsum deputatis B. Pancratio in Hamersleue perpetua stabilitate tradidimus. In hujus rei testimonium interfuerunt Conradus, Camerarius, Thietmarus, Prepositus, Gerardus, Prepositus, Fridericus, laicus et fratres ejus Walat, Adelbertus comes. Quibus ita gestis prefatus Widekinus, deposito secularis militie cingulo, ad prefatum monasterium in Hamersleue regularis vite facta professione, se ipsum S. Pancratio obtulit, et sanctitatis vestem suscepit. Et quoniam suscepti ministerii cura provocamur Ecclesiasticarum rerum providere cautelam, Hoc quoque statui-mus, vt obeunte patre ejusdem Ecclesie fratres ibidem constituti alium patrem, vel in eodem clau-stro, vel in eodem proposito militantem, sibi eligendo liberam habeant potestatem, ad mutandam vero vite prescripte regulam non presumat inferre violentiam. Et vt he traditionis et predicte re-gule institutiones firme, stabiles et semper inconvulse permaneant, interposito anathemate, beati Petri auctoritate et nostra precipimus et sigilli nostri impressione confirmamus. Data quinto idus Augusti, Vigilia S. Laurentii, Anno Dominice Incarnationis M. C. XII. Indictione quinta.

Lünig's Reichsarchiv XVII, 25—26. Leudfeld Ant. Walkenr. II, 206.

Nach späterer Bestätigung vom Jahre 1178 besaß das Kloster Hamersleben noch in wahrscheinlich im damaligen Bereiche der Altmark gelegenen Orten: — In Hursinge (Hörstingen) XIV mansos et ecclesiam — in Arresleue (Grleben) XX mansos et vnum cum ecclesia — In Hummenvelde (Hunfelde) X et octo mansos cum ecclesia, in Willinistidi (Winkelstätt) X, in Vburse (?) VII, in Tilsele (Zylsen) VII, Ristede (Rißstädt) V, Lungebike (Langenbeck) I, Bu-denstide (Böddenstedt) duos, Distorp (Diesdorf) VII, Bermere (Bergmoor) octo, Wadencote (Wadefath) V, Annentorp (Andorf) I — summa mansorum est in Mirica LXXX mansi. Leudfeld's Antiq Michaelstein. S. 37.